

**SCHOLAE LEOVARDIENSIS,**  
**S. COLLEGII NATIONALIS COLLEGARUM LEOVARDIENSIIUM,**  
 IN  
**INCLYTA ACADEMIA FRANEQUERANA,**  
**LEGES.**



**D**eī gloria et conterraneorum singularis concordia esto.

In morbis et afflictionibus quisque vices suas in curando iuvandoque aegro fideliter obeunto.

Collegarum omnium honor et existimatio apud propinquos exterosque summo conatu omnique ratione defenditor.

Nulla collegii acta foras eliminato, aut ulli illa palam sunt. In hanc legem crimine manifesto qui impegit, tres florenos dependat, simulque pro garrulo habeatur, aut prorsus amore omniam et communiōne nationali exturbetur.

Jus Praesidis et Assessorum duorum designandorum penes arbitrium collegarum suffragiis collectis esto.

Penes Praesidem ut libri nationalis, sic accepti expensique diligens ratio habetor.

Praesidis munus perpetuum ut sit, imperii fasciumque ratio postulat.

Nemo se Praesidis auctoritati inobedientem praestato, sed omnes hunc merito honore et amore prosequuntor, et mandato hujus dicto citius suffragantor.

Nemo alium foedis diceriis convitiisque proscindito. Hujus criminis poena a Praeside, pro delicti pondere, constituitor.

Nemo alium ad mucronem aut strictum ferrum provocato. In hanc legem delinquens talerum dependito.

Nemo provocatus cum provocante in ferrum conspirato. Si secus factum uterque talero mulctator.

Nemo alium ad pugnos laccessito. Qui secus facit decem stuferos luito.

Nemo cum laccessente pugnam inito. Si secus factum uterque decem stuferos dato.

Nemo umquam praeter collegas consuetos ulli conventui interesto, saltem ni Praeses prius consenserit, et collega pro hospite duodecim stuferis aera-rium auxerit.

Nemo post dictae horae excursum, campanaeque sonitum, in conventum accedito. In hanc legem peccans stufero mulctator. In singulas denique horas emansionis mulcta eadem statuitor. Nihil omnino excusationem promeretur, ni Praesidi prius de causa constiterit.

Nemo discedito ex domo, nisi a Praeside venia impetrata. Secus qui facit sex stuferis mulctator.

Nemo disputationem publice habeto, quin prius pro auspicio lucis publicae semel tantum collegium donet tribus florenis.

Nemo se sistito examini alicujus facultatis, quin prius in collegium conferat tres florenos.

Nemo finaliter ab academia discedito, quin prius collegis suis amicissime valedixerit, fuso Batavici liquoris haustulo ad mensuram vasculi consueti.

In academiam noviter accedens, et nomen collegio dare volens, Praesidem accedito, et sancte se legibus obtemperaturum promittito.

Novitius iste pro inscriptione aerarium exaugeto decem stuferis. Idem quod sartum tectumque decretum volumus, collegium donato quatuor florenis.

Duo viatores collegio instituto praesunto, et illi, qui recentius venire, munus hoc obuunto, donec ab aliis liberentur.

Ad cubicula menstrua, nec non ad scedulas dandas, juniores decem tenentor.

Haec lex de cubiculis menstruis inveterato usu antiquata est, et in hanc formam mutata: quicumque ex catalogo decem juniorum egressi sunt, pro cubiculis menstruis, tres florenos et sex stuferos collegio semel donare tenentor.

*Aliena manu.*

Collega disputationem publicam subiturus, prius theses inter populares per viatores distribui curato. Si secus factum, florenum dependito.

Omnes collegae disputationi ad tempus interesse sub solidi mulcta tenentor.

Hasce leges si omni se tempore impleturos collegae profiteantur, propria manu ordine nomen symbolumque, instar juramenti, libello nationali consecrent.

---

Deze studentenvereniging, welke alleen uit Leeu-

warders bestond, is opgericht in 1626, en heeft REINIER NEUHUSIUS tot eersten Voorzitter gehad. Het album (*liber nationalis*), waarin de *collegae* hunne namen teekenden, loopt tot 1668, wanneer JOANNES LOLCKAMA, den 13 Januarij, zich inschreef. Waarschijnlijk is het genootschap toen ontbonden. Gedurende dit 42jarig bestaan heeft het 65 Praesidenten geteld. De laatste was ULRICUS WIGERSMA.

Het welbewaarde album vertoont bij de namen van sommige leden eene afbeelding van de galg (met put en rad annex), zoo als die destijds bij *Lecwarden* gezien werd. Dit schandteeken strekte tot eene straf voor degenen, die zonder behoorlijk afscheid te nemen, of hunne verschuldigde boeten te betalen, zich aan het collegium onttrokken, volgens de *Lex Remma*, of de bepaling van den veertienden Praeses, ANTONIUS REME. Het album is merkwaardig, omdat de Presidenten op de rugzijde der bladen meestal aantekening hebben gehouden van de lotgevallen der *collegae*, die de academie hadden verlaten, bij voorbeeld, promoties, beroepen, bevorderingen, huwelijken, overlijden en dergelijke, voor zoo verre die ter hunner kennisse kwamen. Liefhebbers van biographie kunnen dus hier menige kleine, misschien niet onbelangrijke, aanwijzing vinden.

*Medegedeeld door W. EEKHOFF.*



### VERBETERINGEN.

Blz. 416, r. 21 van boven: dus *lees* den.

Blz. 421, r. 15 van boven: TRISIUS *lees* FRISIUS.